

τάῦθη. In Peroratione verò vehementiores, sive τὰ πάθη.
Narratio docet ἀνθρώποις. Contentio verò cum motu & amplificationibus.]

C A P U T . III.

¶ 1. **E**XORDIUM est prima pars Orationis ad preparandos auditorum animos comparata.

[Exordium idem est quod initium, ab exordiendo, sive incipiendo sic dictum, quod initium Orationis constitutus. Aristot. 3. Rhet. ἀρχὴν νοοῦντες λέγουσι. Cicer. I. ad Heren. principium Orationis definit, per quod animus auditoris vel judicis constituitur, vel preparatur ad audiendum. At cùm & ipse judex sit auditor, generatim, sub auditorū nomine rectè comprehenditur.]

¶ 2. Exordium duplex vel rectum sive apertum, vel obliquum si ge occultum.

¶ 3. Exordium rectum sive apertum est, in quo statim & aperte auditorum animos preparamus. Rem ipsam, de qua disceremus, circa circummissionem ullam indicimus, dicitur alias Proæmrium.

[Tali exordio utitur Esaías cap. 1. 2. Audite cœli, & aribus percipe terra, quoniam Dominus locutus est. Tali etiam Cicero utitur in Oratione pro Archia, cuius haec summa est: Merito Archias à me defensionem sui petit. Nam ille me ab inuente etate literis, præsertim verò eloquentiae studio informavit. Si itaq; mea bac eloquentia profuit, multò magis huic Archiae, à quo excitata primū fuit, prodeesse debet. Quod quidem Exordium Oratorio stylo Cicer. hunc in modum pertractat. Si quid est in me ingenii, judices, quod sentio, quām sit exiguum, aut si qua exercitatio dicendi, in qua me non insicior mediocriter esse versatum: aut si hujusc rei ratio aliqua ab optimarum artium studiis & disciplinis profecta, à qua ego nullū, confiteor, et atque tempus abhorruisse; earum verum omnium vel in primis hic A. Licinius fructum à me repetere suo jure debet. Nam quoad longissimè mens mea respicere potest spatiū præteriti temporis & pueritiae memoriam recordari ultimam?

Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden

gefördert von der
Deutschen Forschungsgemeinschaft

DFG